

II. Prout respicit hominem solum, et quidem 1^o superiores, est *pietas*, si sermo sit de parentibus, — *observantia*, si agitur de honore obedientia hominibus in dignitate constitutis redditio; 2^o si spectat ad ocines homines indiscriminatim, est vel *affabilitas*, vel *liberalitas*, vel *gratitudo*, vel *clementia*, vel *amicitia*, quarum notio neminem fugit.

III. Si respicit Deum simul et homines, est vel *fidelitas* si agitur de promissis, vel *veritas* moralis (I, 151).

4^o. — III. *De temperantia*. Duobus præseruit modis temperantiae vocabulum usurpatum : 1^o Pro quadam in operando moderatione, quam ratio operationibus et passionibus humanis imponit; et hoc modo est quid commune omnibus virtutibus : 2^o et stricte pro illa virtute morali que appetitum refrenat circa delectationes corporales, præseruit circa gustum et tactum.

Definiri potest : *Virtus moralis qua, ad prescriptum rationis, appetitum moderatur circa voluptates corporales, præseruit gustus et tactus.*

Objectum temperantiae sunt voluptates *corporales*, præseruit gustum et tactus. Corporales dicuntur quæ per sensum externos capiuntur; spirituales, que sequuntur operationem mentis aut phantasie: circa hujusmodi non est proprie temperantia; imo et circa omnes voluptates *corporales* non versatur hæc virtus; nemo enim intemperans dicitur, qui aspectus colorum situsque ameni, aut cantu delectatur, sed qui gustus et tactus voluptatibus indulget, aut delectationibus quæ mediate ad predictas voluptates se referunt.

45. — *De diversis speciebus temperantie*. Divus Thomas triplicis generis partes assignat hujus virtutis, nempe *integrales*, *subjectivas* et *potentiales*: 1^o *Partes integrales*, seu quæ ad temperantie perfectionem aut integritatem pertinent, sunt *verecundia*, seu timor turpis actus, confusionisque ex illo provenientis, et *honestas*, subjective sumpta, seu quatenus inclinat ad opera temperantiae, ob amorem pulchritudinis spiritualis.

2^o *Partes subjectiva*, seu quæ proprie habent ut species temperantiae, sunt *abstinentia*, si temperatur gustus circa cibum; *sobrietas*, si eundem gustum moderarum

circum potum; *castitas*, quæ delectationes tacitus cohabet circa principalem actum generationis, et *pudicitia*, circa actus preambulos aut circumstantes, ut aspectus lascivos, etc. Hinc duæ partes subjective attenduntur circa diversam rationem sub qua considerari potest objectum, seu circa diversitatem formalē materie.

3^o *Partes potentiales* temperantiae sunt virtutes quæ, non secus ac temperantia, nostros refrenant affectus in aliquid inordinate tendentes ab objectis gustus et tactus diversum. Ex istis partibus aliae coercent motus internos, ut *continentia*, *humilitas*, *mansuetudo*, prout agitur de refrenandis motibus internis, aut voluntatis, quadam turpi passione agitatae, aut iræ in vindictam. — Aliae refrenant motus externos, ut *modestia*, qua circa gestus corporis decentes componendos occupatur, et *eupatria*, qua ludis et jocis modum imponit, ne quis inter ludendum et jocandum excedat. Omnes ergo istæ virtutes rationem temperantiae includunt; sed extra dominum propriissimum hujus virtutis se porrigit, ideoque merita appellantur partes *potentiales*, quæ extensionem quandam virtutis cuius sunt partes tribuant (I, 100).

46. — IV. *De fortitudine*. Fortitudinis nomen duplicter accepi solet, nempe 1^o pro firmitate in bono honesto, et hoc modo omnibus virtutibus congruit fortitudo: fortitudo seu sumpta est generalis virtus, seu potius conditio omnium virtutum; 2^o pro firmitate animi in malis arduis sustinendi et justis periculis sustinendi, ut a precepto rationis recessat; et in hoc sensu est virtus specialis, cui duo actus assignantur, *agredi* et *sustinere*.

Definiri potest: *Habitus electivus, præbens animi firmatatem et robur in perfervendis laboribus et justis periculis aggredientiis propter honestatem*. Dicitur *habitus electivus*, ut distinguatur a virtutibus intellectualibus: electio enim pertinet ad voluntatem. — *Præbens firmatatem animi*: unde ejus munus non ex solo actu externo, seu ex ipsa periculorum agressione et laborum perspicione repetitur, sed ex ipsomet actu interno, scilicet, velle agredi ardua, et hoc, propter honestatem.

47. — *De partibus fortitudinis*. 1^o Nullæ *partes subjectiva* illi assignantur, quia versatur circa materiam ad-

modum specialem, quæ sub diversis rationibus formalibus considerari nequit, quatenus se referat ad fortitudinem. Hæc materia specialis sunt maxima pericula, ut vita discri men adeundum; id omne quod terrorem incutere potest præter periculum mortis, est etiam objectum fortitudinis, sed commune, non autem speciale.

2º Partes integrantes, quæ nempe sunt necessariae ad integrum fortitudinis officium (etsi ex ipsis hæc virtus intrinseca non coalescat), quatuor sunt: equidem ad primum actum fortitudinis, scilicet ad aggredendum (ut ille actus perfecte integreque fiat), requirunt 1º promptitudine animi ad imminentia pericula intrepida subeunda, propter honestatem: et id prestat *fiducia seu magnanimitas*, 2º strenuitas in executione, et hanc tribuit *magnificientia*. Prima ergo pars integrans pertinet ad animi preparacionem, altera vero ad operis executionem.

Ad secundum actum, seu ad *sustinentium*, duo etiam desiderantur: 1º ut animus in laborum difficultate non frangatur, ad quod confert *patientia*; 2º ut ex continua malorum perpessione homo patientis non deficiat, et ad id valit *perseverantia*.

3º Iste partis, quatenus considerantur in propria materia fortitudinis, id est in periculo mortis, dicuntur *integrantes*. Si vero spectentur in objecto communi, nempe in aliis quibusdam materiis minus difficilibus, dicuntur *partes potentiales*; fortitudinem enim imitantur, licet ad ejus perfectionem usque non deveniant, ideoque analogie rationem fortitudinis includunt, et simul extra ejus propriissimi dominii ambitum sese porrigit.

68. — Etsi fortitudo virtuti humiliatis e diametro opponi videatur, tamen cum ipsa optime stare potest. Dum enim animo revolvimus hanc veritatem, nempe omnia quæ habemus esse dona Dei ad comparandam vitam aeternam nobis indulta, nascitur 1º persuasio quod ex nobis nihil sumus et nihil possumus, seu affectus quidam humiliis; 2º quidam excelsus affectus, ob sublimitatem vocationis nostræ et firmissima fiducia in sufficientia mediiorum, que Deus sciens et volens nobis elargitus est, ad superanda omnia viam salutis præpedientia.

§ III. — De habitibus pravis, seu de vitiis.

69. — Homo per *vitia* ad malum inclinatur, non secus ac impellitur ad bonum per *virtutes*. Itaque vitium definiri potest: *Mala qualitas mentis qua male vivitur et nemo bene utitur*. Est veluti quedam negritudo spiritualis quæ inclinat ad operandum contra rationis praeceptum, ac proinde est aliquid contra naturam, quandoquidem agere contra rationem est operari contra id quo homines sumus seu a brutis distinguimur.

70. — Cause vitorum sunt vel intrinseca vel extrinseca. *Intrinsicæ* sunt 1º ignorantia, quæ lumen rationis dirigentes existinguunt; 2º malitia voluntatis, quæ vetitum quæcumque appetit; 3º appetitus sensitivus, qui rationem et voluntatem turbat. Antea locuti sumus de passionibus (II, 181), quæ sunt variae motiones appetitus sensitivi, necnon ad bonum vel ad malum inclinare possunt.

Extrinsicæ sunt res omnes exteriores quæ hominem impellant ad peccatum: sunt itaque diabolus et mundus theologicæ seu pro variis concupiscentiis sumptus, qui hominem continuo influxu impellant ad malum, atque determinant habitus pravos.

71. — Objectum vitii est bonum deordinatum, seu quod contra ordinem rectum possideretur. Sed bonum potest esse vel *spirituale* vel *corporeale*, ideoque vitia generalia dividuntur in spirituales, quæ in bonum spirituale, v. g. famam, honorem, etc., deordinate intendunt, et in *corporalia*, quæ bonum corporeale, ut delectationes gustu vel tactu, inordinate prosequuntur.

Vitium, ratione tum subjecti tum objecti spectatum, eodem modo dividitur ac virtus; itaque, sicut sunt quatuor generaliores virtutes, ita vitia in quatuor generaliores distributionib; nempe, *imprudentiam, infiditatem, intemperantiam et vitium contra fortitudinem*.

72. — I. DE IMPRUDENTIA. Duplici modo contra prudentiam peccatur, nempe per excessum et per defectum. Per defectum 1º *præcipitatione*, dum opus statim aggreditur, omessa deliberatione; 2º *inconsideratione*, dum judicium profertur sine debita inspectione; 3º *inconstancia*, dum

mutatur consilium, sine causa sufficienti; 4º *negligentia*, quando executioni non mandatur res mature deliberata et judicata.

Per excessum peccatur contra prudentiam, quando quis, specie et imagine prudentiae, media apto dispositu ad finem pravum. Illud enim genus imprudentiae sagacem agendorum notitiam importat et rectam, saltem in ordine ad optatum finem, mediorum dispositionem: sed pravum finem intendit.

Vitia que per excessum peccant contra prudentiam, sunt 1º *prudentia curvis*, qua quis exigitat media idonea ad opera carnis complenda; v. g., ad honores, ad divitias, etc., 2º *astutia*, qua est notitia et affectus mediiorum ad fallendum idoneorum, 3º *fraus et dolus*, qui est astutiae executio in verbis et factis.

73. — II. INJUSTITIA. Injustitia sumi potest pro omni violatione aquitatis, aut pro vitio peculiari quod opponitur justitiæ particulari; et in hoc sensu hic sumitur.

Est itaque habitus voluntatis virtuti justitiae oppositus, ex injustiæ actibus acquisitus; ergo species injustitiae determinantur per ipsas species justitiae.

Quando consideratur speciali modo in homine qui prave determinatur ad rapiendum alteri quod suum est, illud vitium diversa accipit nomina, juxta diversitatem bonorum in quibus homo injustus ledit proximum.

Injustitia contra *bonum fortunæ* dicitur furtum, contra *bonum corporis* est homicidium, mutilatio, stuprum aut adulterium; contra bona *honoris et famæ* est detractio; sed istae denominations potius actus seu peccata indicant quam habitus seu vita.

74. — III. IMPERANTIA. Cum temperantia appetitum moderetur circa voluntates corporales gustus et tactus, patet intertemperantiam excessum importare in ejusmodi voluntatibus.

Intemperantia in gusto nuncupatur *gula* quando opponitur abstinentia, *ebrietas* dum sobrietati adversatur; intertemperantia in tactu *luxuria* vocatur.

75. — IV. *Vitia* que fortitudini varie opponuntur, sunt *presumptio*, seu nimia suarum virium confidentia, *ambitio*, seu inordinatus appetitus honoris, *vana gloria*, que

est inordinata cupidio famæ et laudis, ex qua nascuntur *jactantia*, *hypocrisia*, *pertinacia*, etc.

Hac vita per excessum magnanimitati speciatim opponuntur, cui etiam per defectum adversatur pusillanimitas, qua quis suis viribus ita diffidet, ut refugiat officia sibi recte imposita explere.

Vitia que alii virtutibus fortitudini adnexis opponuntur, per ipsam negationem harum virtutum, non autem nomine proprio, designari solent.

CAPUT II

DE PRINCPIIS DIRECTIVIS.

76. — Haec tenus de principiis elicitiis disputavimus, sive nativis et essentialibus, sive acquisitis et superadditis. Sed haec principia, ut elicitiua, se referunt ad esse *physicum* actuum humanorum, inde ad *objectum materiale* praesentis discipline; quamobrem ad principia directiva seu determinativa esse *moralis* nunc migrari oportet: haec principia ad *objectum formale* Ethice determinandum spectant.

Jam in secundo articulo superioris capituli gradum fecimus ad presentem disputationem, siquidem distinctio inter habitus honestos, seu virtutes, et habitus pravos, seu vitia, unice fundatur in relatione cum principiis directiviis. Tamen de istis habitibus methodi recte causa tractare oportebat antequam ad principia directiva deveniamus:

Equidem considerari possunt 1º sub ratione formalis habitus, ut unicus superius fecimus, 2º sub ratione formalis *principiorum boni* operis vel peccati; jam vero sub hoc secundo respectu, subducent jam constituta principia directiva; at non item sub priore: habent enim tunc ut vires activæ: aliunde distinctio generalis inter virtutes et vitia id tantum innuit, nempe dari quadam principia directiva. Itaque gradu recto, opinor, tractare oportet de habitibus, sub ratione formalis habitus, antequam ad principia directiva se convertat commentatio.

In praesenti capite, agemus 1^o de principiis directivis in genere, 2^o de principiis directivis in specie, tum externis, tum internis.

ARTICULUS I.

De principiis directivis in genere.

77. — Quum actiones humanæ sint aliae honestæ, aliae turpes, querere oportet undanam in istis obveniat honestas vel turpitudo? Hæc qualitas honestatis vel turpitudinis est id quod nuncupatur *moralitas*. Porro, moralitas in honestatem et turpitudem distinguunt per respectum ad regulas seu principia directiva morum; quamobrem, in praesenti articulo agemus 1^o de moralitate actionum humanarum et de necessitate principiorum directivorum; 2^o de eorumdem principiorum genuino conceptu et divisione.

§ I. — De moralitate.

78. — Moralitas actuum humanorum est ipsum objectum formale Ethice. In actibus humanis, ut jam diximus, due sunt distinguenda, nempe entitas et moralitas. Entitas actus moralis in eo sita est, quod sit quedam operatio vitalis: hanc consideravimus in superiori capite; moralitas est ordo hujus actus ad honestatem: v. g. omnes actus indeliberati sunt in genere nature tantum; omnis autem actus deliberatus est simul in genere nature et in genere morum; unde omnes et soli actus deliberati pertinent ad ordinem moralem. In quonam proprio moralitas ponenda sit inquirere oportet. De existentia moralitatis, quam alii directe alii indirecte negarunt, non est cur agamus: nam hec veritas eadem evidenter constat ac ipsa existentia libertatis et destinatio hominis ad finis ultimi consecutionem, actionum suarum exercitio. Cum igitur actus humani non sint sine regula, sine moralitatè etiam esse nequeant.

Moralitas differt ab *imputabilitate*, quæ actibus humanae etenim competit quatenus ipsi ad causam, unde pro-

cedunt, seu proprium auctorem, referuntur. Itaque utriusque notio diversa est, et moralitas, seu bonitas vel malitia actionis intelligitur precedere imputabilitatem; imo esse physicum actus humani quandoque potest alicui imputari quin ejus esse morale imputetur: v. g., quando quis ignoranter egit. Ergo moralitas et imputabilitas non converuntur: moralitas est respectus actus ad ordinem rationis et imputabilitas, ad subjectum, tanquam ad causam. Sed ex altera parte, imputantur tantum actus quorum causa est libera; nam solum agens liberum est vero auctor et causa actionis, ac proinde soleæ actiones moraliter bona et male sunt imputabiles.

Verum etiæ discrimen reperitur inter moralitatem et imputabilitatem, tanquam inter formale actionis moralis, et id quod hanc rationem formalem sequitur et supponit, tamen cum omnis actio moralis sit libera, ac proinde imputabilis, fit ut haec duo in actione humana semper consocientur. Jam vero plures sunt errores circa fontem moralitatis:

1^o Hobbesius (1) omnem moralitatem a legibus humanis pendere autemavit; et nonnulli ejus discipuli qui contendunt supremum principatum, ac proinde potestatem legislativam esse penes populum, statuerunt consequenter hanc moralitatem non proprie a legibus, sed potius ex opinione et consuetudine populorum derivari. Hæc doctrina Hobbesii nostris temporibus longe latuque fluxit, ita ut hodie multi etiam catholici incantū, impulsu eorum qui actu gubernium detinent fere unice ducti, nesciunt distinguere inter legalitatem et ius aut moralitatem. Hic error exitialis est una ex precipiis causis perturbationum politicarum.

2^o Rationalista quodcumque principium dirigenz objec-
tum plus minusve directe rejiciunt, atque autonomiam rationis in ordine morali tenuerunt: ratio ergo, juxta ipsos, est unica regula, que proinde nulli normæ objective cu-
juscumque generis obnoxia realiter foret. Quapropter sicut Hobbesiani et Pseudo-politici a ratione publica proxime moralitatem repetunt, ita rationalistæ a ratione individu-

(1) De civ. c. 12.

3º Athei, materialistæ, post Robinatum et Helvetium, regulam moralitatis reponunt in *instinctu et sensu moralis organicis*.

4º Puffendorfius (1) bonitatem vel malitiam actuum humanorum unice repetit ex libera Dei voluntate, et legè divina positiva.

79. — THESIS I^a Actionum humanarum moralitas non pendet a legibus humanis, neque ab opinione populorum.

Probatur 1^a pars. Aliquando leges humanæ reputantur injustæ, imo de earum justitia vel iniquitate homines singuli iudicium ferre solent, et quandoque cum plena evidentiâ rectitudinis iudiciorum; atqui, si moralitas unice penderet ex legibus, 1^o numquam leges essent injustæ, quippe quoniam essent justæ ex ipso quod sunt leges: ratio justitiae ab ipsa ratione legis unice defueret; 2^o de earumdem bonitate vel malitia nunquam judicaremus, quoniam constituerent unicam regulam bonitatis et malitiae, ac proinde nullum criterium adhibere possemus ad forendum tale iudicium; 3^o leges inter se numquam essent pugnantæ, securus nihil esset in se et absolute moraliter bonum vel malum: quod est contra sensum communem omnium hominum. Ergo tum ratio individualis, tum sensus communis, affirmant fontem primariam moralitatis reponi non possesse in legibus humanis.

Probatur 2^a pars. Opiniones 1^o sunt varia, mutabiles, quandoque inter se pugnantæ; 2^o non sunt causa sui ipsius. Primum membrum constat ex facto, quod neminem fugit, seu ex ipsa experientia omnibus obvia; alterum ex evidenti ratione: si opinio haberetur ut causa sui ipsius, nempe si ad taliter opinandum homines inducerentur ex hac ipsa opinione, jam sequeretur hoc absurdum: opinio esset antequam esset, nempe simul esset et non esset. Esset, quatenus motivum ad ipsammet cedendum movens; non esset, nam aliud quidquam non est nisi partis mentis ex hoc motivio mota.

Atqui, 1^o iudicia de honestate et turpitudine actionum humanarum sunt immutabilia et uniformia apud omnes

(1) De jure nat. et gent. I. l. c. 5 et 7.

gentes et in omni tempore. Ergo impossibile est ut hæc iudicia in ipsa opinione fundentur, seu ut opinionem, tanquam moralitatis regulam, habeant.

2^o In hypothesi adversariorum, opinio esset causa sui ipsius, siquidem est fons primarius bonitatis et malitiae, inde unica ratio efformandi tale iudicium de moralitate actionum, seu *taliter opinandi*.

Ergo actionum humanarum moralitas ab opinione popularum non pendet.

80. — THESIS II. *Regula moralitatis reponi nequit in aliquo instinctu seu sensu morali organico, sed ad intellectum et rationem pertinet.*

Probatur 1^a pars. 1º Discretio inter actus bonos et malos non potest haberi sine aliqua cognitione; atqui cognitio illa non potest esse nisi rationalis: actus enim, quatenus humani et quadam moralitatem, pendent a voluntate quatenus est libera et domina suorum actuum; sed voluntas ut libera et domina suorum actuum, pendet a voluntate, non ab aliquo sensu in organis corporeis existente (II. 303, 304; 34, 38).

Probatur 2^a. Sensus corporeus seu *gustus moralis* nequit discernere inter bonum et malum morale nisi per motionem corporalem; sed motus corporales sunt indifferentes ad bonum et malum. Deinde sequeretur quod bruta hanc regulam moralitatis habere possint.

Probatur 3^a. Gustus sensibiles non sunt uniformes: variantur pro ratione aetatis, consuetudinis, valetudinis aliarumque causarum, ut constat experientia evidenti; atqui regula morum debet esse invariabilis, secut id quod hodie est honestum, cras posset fieri in honestum. Ergo moralitas nequit reponi in aliquo sensu morali organico, seu in commotione *filamentorum organicorum*, ut volunt auctiores materialiste nostræ aetatis.

*Probatur 2^b Pars. *Judicium moralitatis ad intellectum et rationem pertinet.** Jam resultat ex dictis in prima parte. Praeterea iudicium moralitatis in quadam relatione inter noscenda consistit: id constat ex ipso conceptu moralitatis. Atqui cognitio alienius relationis ad intellectum vel rationem pertinet: ad intellectum, si per se illico patet; ad

rationem, si ad invicem refert terminos valde dissitos, quorum proinde habitudo non nisi per ratiocinum detegi potest. Ergo...

81. — *Cerollarium.* Ergo illud judicium non pertinet ad particularem instinctum, moralem, etiam in sensu scholæ scotice, que autumam judicis moralia ex cœco quodam impetu naturæ rationalis proficiunt, qui etiam ab ipsis, post materialistas, vocatur sensus moralis, significazione tamen longe absimili: nam hic sensus est facultas plane spiritualis, immo longe præstantius intellectu et ratione, utpote suprema regula totius vita hominis. Hujus erroris fundamenta jam superius evertimus. (I, 214, 3^o). Deinde, si sensus ille est facultas spiritualis, non potest differre ab intellectu et ratione; namque 1^o si esset habitus seu instinctus cœci voluntatis, tunc ratio non esset norma voluntatis, quae proinde non esset appetitus rationalis. 2^o Si est impetus naturæ extra et supra perceptiones et judicia facultatis intellective, redeunt in re morali judicia illa cœca et irrationalib[us], que superius rejecta sunt (I, 241).

82. — *THESSIS III.* *Ratio humana non est autonoma in stabilienda moralitate actuum humanorum.*

Nota. Rationalistæ, post Kantum, autumant rationem humanam esse plane independentem a quoquecumque principio objectiveo superiori in determinanda moralitate actionum humanarum: in hac ergo determinatione nulli prorsus imperio subjecta est, seu est autonoma (*virtus; vox;* alii verbi, ratio quatenus autonoma ad obligationem explicandam assumere nequit nisi rationem ipsam).

Probatur. 1^o Ex consideratione ipsius essentiae hominis. Moralitas non potest alter concipi ac ordine quidam, seu relatio actus voluntatis ad aliquod principium, cui obnoxius est operans; itaque illud tantum ens quod esset plane independens a qualibet principio objectiveo, et se ita esse indubie sciret, autonomia in ordine morali fraueret; igitur ratio illa in stabilienda moralitate esset autonoma qua foret facultas entis prorsus independentis a qualibet alio ente. Atqui homo, cum omnibus suis facultatibus spectatus, est ens dependens (II, 4): notitiam ejus independentie habet, nam ratio humana ideam entis infiniti declinare

nequit (II, 314); et illam declinare velle idem est ac notionem omnis obligationis perire, ut suo loco ostendemus. Ergo cum in homine et in omnibus ejus facultatibus, reperiatur ordo dependentiae alicui principio objectiveo, autonomia rationis in stabilienda moralitate actuum humorum est manifesta absurditas.

Probatur. 2^o Spectata inde rationis et cognitionis. Ratio ordinatur ad verum cognoscendum, nimur hæc facultas debet referre objectum sicuti est in se, non autem pro libito sibi cedere quamlibet expressionem objecti cogniti: secus similitudinem objecti, qualis est cognitio, possit non esse similitudinem objecti, quod manifeste pugnat in terminis. Quis negare posset rationis simpliciter cognoscensit veritatem mensurari per objecta cognita? Atque mensurari secundum aliquod principium objectivum idem est ac esse huius principio obnoxium, ideoque ratio que alicui normæ in suis operationibus subjacet, non potest sub ulla respectu dici suprema et unica regula. Ergo haec autonomia rationis est fragmentum non minus pugnans cum natura rationis, quam absurdum a vero homini conceptu.

83. — *Scholium I.* Hæc doctrina rationalismi hodierni manifesto est surculus pantheismi. Intellectus enim entis infiniti certo non subjicit rationi alicujus entis superioris; sed est suprema regula cujuscumque boni et mali.

Scholium II. Sicut omnis actio voluntatis presupponit aliquam actionem intellectus, seu judicium de bonitate objecti, ita hoc judicium, ut verum et rectum sit, presupponit objectum tale quale judicatur.

84. — *THESSIS IV.* *Liberâ Dei voluntas et lex divina positiva non est unicua fons moralitatis.*

Nota. Hæc doctrina est surculus protestantismi qui nullam aliam legem admittit quam Scripturam a singulis absque ulla regula externa interpretatam.

Probatur. 1^o Quod a libera Dei voluntate pendet, non est omnino immutable, siquidem hæc voluntas dicitur libera quia effectus ita producit, ut contrarios facere possit; atque moralitas plurium actionum est absolute immutabilis: v. g., occisio innocentis, parentum et Dei contemptus. Ergo cum voluntas Dei sit libera, et moralitas

sit aliquando absolute determinata ad unum, impossibile est ut haec voluntas sit unus fons moralitatis.

2^o Homo ad aliquem finem ordinatur, qui est consentaneus ipsi naturæ humanae : sapientia enim divina nequit rem aliquam condere sine fine congruenti; atque operations sunt rectae et ordinatas quando ad proprium finem operantis adipiscendum juvent; secus sunt deordinate. Inde in homine operations quæ pendunt a voluntate, sunt rectæ seu bonæ quando fini collineant, præve quando a fine aberrant.

3^o Sublata omni naturali rectitudine actionum, tollitur omnis obligatio legis divinæ positivæ, ac proinde ipsa lex positiva, cum lex que non obligat, non sit lex; atqui doctrina Pufendorfi et quorundam aliorum protestantium tollit omnem obligationem legis divinæ positivæ. Etenim tenetur lege divina positiva quia naturalis ordo exigit ut mens hominis ordinetur sub Deo, et Deo sit subjecta, nimis mirum ob naturalem ordinem qui exigit ut inferiora superioribus subdantur.

Ergo moralitas non unice pendet a libera Dei voluntate et lege divina positiva, sed ab ordine nativo quem natura entis operantis ad suum finem habet, et ideo quadam actiones natura sua sunt bonæ et quedam male.

85. — *THESSIS V. Actionum humanarum moralitas
« 1^o immediate pendet ab ordine objectivo rerum per rationem apprehenso, 2^o mediate autem ab ordine divina sapientia et bonitatis »* (1).

Probatur. 1^o pars. Rectitudo vel deformitas actionum cuiuscumque entis immediate desumitur ex relatione congruentia vel discrepancia eisdem cum natura hujuscem entis operantis; operatio enim proficisciatur ab ipsa natura, qua suam conservationem et perfectionem appetit; quamobrem operatio generatim dicitur recta quæ est consonantia naturæ, nempe conservationem et perfectionem naturæ intendit; secus est deordinata seu mala.

Atqui moralitas nihil est aliud quam ordo convenientius vel discrepancie seu rectitudo vel deformitas actionum in

(1) Liberatore, Eth. csp., n.

natura rationali. Ergo moralitas immediate pendet ab illa, natura objective spectata.

Sed actiones eatenus sunt proprie alicujus naturæ rationales quatenus diriguntur per rationem.

Creaturae enim rationales non ab ipso auctore natura efficienter et absolute moventur, ut creature irrationalis, sed se regunt, seu habent jus se regendi sive actus bene vel male ordinandi. Ergo actionum humanarum moralitas immediate pendet ab ordine objectivo rerum, non quidem praescivis sumpto, sed eatenus hic ordo per rationem apprehenditur.

Probatur 2^o pars. Ordo objectivus rerum pendet a divina sapientia et bonitate: rerum enim naturæ et relationes divina sapientia, divinam essentiam contemplante (I, 200), determinantur; atqui moralitas immediate pendet ab illo ordine. Ergo mediante ordines objectivo rerum, moralitas pendet ab ordine divinae sapientiae et bonitatis.

86. — *SCHOLIUM Norma voluntatis humanae est ratio humana quatenus ordinem objectivum rerum recte apprehendit, ac proinde id est rationi divinæ, a qua pendet hic ordo. Sed ratio id habet quod recte apprehendat, quia est quedam participatio luminis divini (II, 259). Est enim facultas creata ad similitudinem intellectus divini.*

87. — Ex dictis quedam eruuntur corollaria tum circa *fonctiones moralitatis* seu principia quæ actibus humanis speciem in genere moris conferunt, tum circa eorumdem *actuum manipulabilitatem*.

88. — *Corollarium I.* Ex dictis sequitur actum voluntatis desumere primariam bonitatem moralem ex bonitate *objecti*, seu, alio verbi, bonitas *formalis*, id est, quæ actus formaliter est bonus, venit primario ex bonitate *objectiva*, quæ scilicet inventitur in objecto secundum rectam rationem amabilis: bonitas enim objectiva formaliter, est ipsa entitas rei bona, ut connotat relationem convenientiæ (I, 317), cum natura rationali. Bonitas objectiva est prior bonitate actus, et antecedit rectum judicium de bonitate objecti, et rectam actionem voluntatis.

89. — *Corollarium II.* Actus humani suam moralitatem

tem desumunt etiam *ex fine*, non tantum proximo et intrinseco, qui est idem cum objecto, et solet vocari finis operis, sed etiam *extrinseco*, seu *operantis*.

1º Si enim objectum de se est indiferens, actus suum esse morale accepere a fine intento ab agente debet: nullum enim alium ordinem habet ad honestatem (67). Ergo ejusdem actus bonitas venit ex eo quod habeat rationem mediæ; et ratio adducta etiam valet, proportione data, si ageretur de *circumstantiis*, quibus objectum aliquam specialem et accidentalem relationem induit ad honestatem; finis enim extrinsecus inter circumstantias numeratur.

2º Cum actus ex objecto bonus est, tunc sumit novam speciem bonitatis ex ipso fine, si bonitas finis sit diversæ speciei a bonitate objecti. Voluntas amat objectum proxime propter intrinsecam bonitatem, et remote propter finem extrinsecum.

90. — *Corollarium III.* Actus, sive bonus sive malus, homini libere agenti, jure imputatur, nam homo libere agens est vere auctor et causa actionis, siquidem ab ipso pendet ut illa sit vel non sit. Porro, ut antea diximus (68) imputari idem est ac tribal alicui tanquam auctori. Quia de causa ipsa qualitas moralis etiam imputatur, ac proinde in honestate vel turpitudine actionis jure emergit laus aut vituperium.

§ II. — De conceptu et visione principiorum directivorum.

91. — Jam ex dictis constat 1º, ideam ordinis universi quam Deus in mente sua praeconcepit ab aeterno, esse fontem *primarium* totius moralitatis, sicut idea architecti est norma quam habere debent præ oculis omnes operarii inferiores.

2º Illum ordinem divinae sapientiae in hoc universo, nempe in ordine objectivo rerum relucere, ac proinde in ipso dignoscii posse per rationem: idea enim architecti fit concreta et omnibus adspectabilis in edificio extrecto.

3º Rationem humanam hunc ordinem divinae sapientiae deprehendere per rectam cognitionem hujuscemodi ordinis, qui est ectypus ideae supremi opificis, et sic voluntati liberæ rectam viam ostendere.

Itaque plura sunt subordinata principia directiva actionum humanarum, que generalissime spectata revocantur ad duo: nempe 1º ad *proximum* et *subjectivum*, quod est ratio dictam voluntati quid sit bonum, quidve malum, 2º ad *remotum* et *objectivum*, quod est lex aeterna, seu idea ordinis universi in mente divina existens.

Sed lex aeterna, ut diximus, a ratione humana cognoscitur in effectibus divine sapientie, ideoque in hujus infinite sapientiae manifestationibus externis; quamobrem principia *objectiva immediate dirigentia* per ejusmodi manifestations externas determinantur.

92. — Jam vero cum moralitas sit ordo actionum humanarum cum honestate, et ex altera parte honestas sit convenientia quam bonum aliquod vi suapte habet cum natura rationali (II, 318), fit ut *bonum naturæ*, non apparet sed rebeat rationem principi dirigentis. Voluntas enim non appetit potest nisi bonum (II, 206), et quando non appetit nisi bonum consentaneum naturæ rationali, recte appetit et operatur.

Bonum a philosophis scholasticis principium *alliciens* vocari solet, una cum fine et beatitudine; sed habet etiam aliquo sensu rationem principi dirigentis. Nam possessio boni est finis voluntatis, in quantum ei bonum ostendit, ut in eo ipsa motus suos finiat. Sed finis alieius motus est aliquo modo regulæ et mensura hujus motus, ideoque finis haberi potest ut aliquod principium objectivum dirigens: illud vero principium dirigit per legem, que est quedam rationalis directio ad finem praestitutum.

93. — Quamobrem, ad fontem immediatum moralitatis (83) quod attinet, si illum adequate consideramus, in ipso deprehendemus ut principia dirigentia, 1º finem nature humanae, qui est aliqua norma legum, quibus natura haec regitur, et regulam objectivam *generalem* constituit; 2º legem, qua ordinem rationalem operationum humanarum ad hunc finem speciali modo exhibet, et est norma rationis dirigentis, ac regula objectiva *specialis*; 3º ipsam rationem lege informatam, qua exhibet ordinem rectum quatenus cognitionem; et haec est regula proxima et subjectiva, seu principium directivum internum, applicans regulam objectivam. Itaque, ex his principiis, alia

subjectum alliciunt et dirigunt per modum termini motibus voluntatis assignati, alia per modum regulæ objectivæ, alia denique per modum normæ subjectivæ.

ARTICULUS II.

De principiis directivis in specie.§ I. — *De principio externis.*

94. — Inter principia externa quæ enumeravimus, quedam etenim dirigunt quatenus movent et alliciunt: et talia sunt *bonum, finis, beatitudo*, quæ nunc pro uno eodemque usurpamus, sed sub speciali ratione finis; constituant principium simul alienum et dirigens: *finis est scopus nobis*, ut ait Aristoteles, *tanquam sagittarius propositus*.

Quædam vero principia directiva externa unice dirigunt ad debitum finem, non autem alliciunt; et hujus generis est lex. Itaque agendum est 1º de fine, qui terminum motus praestituit, et 2º de lege quæ euendit motum voluntatis liberae regit, ut hæc non evagetur extra viam.

I. — *De fine.*

95. — Licet finis sit ultimum in associatione, est tamen primum in intentione (I, 420), prouindeque in cognitione, quia nil volitum quin precognitum. Ergo de ipso prius agendum est, quando disputatur de moralitate actionum humanarum.

Scholastici, post Aristotelem, Ethicam auspiciari solent ab ultimo fine morum humanorum, quia finis est mensura et regula totius rectitudinis moralis; nos etiam auspiciamur ab illo, quando directe et specialiter agitur de *hac ipsa rectitudine*.

Hic adnotandum est 1º finem *ultimum* (II, 419) esse vel *apparentem*, qui finis ultimi speciem ementitur, quemque plures ex libidine sibi instituunt, vel *verum*, propter quem omnia fuerunt formata, nempe propter

quem cætera appetuntur, ipse vero propter se (I, 419, 4º).

2º Finis ultimus verus est vel *naturalis*, vel *supernaturalis*: *naturalis* quando homo cum solis naturæ viribus eum assequi potest; *supernaturalis*, si nonnisi speciali Dei auxilio comparatur.

96. — THESIS I. *Homo habet aliquem finem ultimum, et quidem unicum.*

Probatur prima pars. Si nullus esset finis ultimus actionum humanarum, jam in finibus intentis ab homine daretur processus in infinitum, quippe cum semper allicieremur per novas fines ad operandum, ac proinde semper moveremur. Atqui id est contra rationem et experientiam: 1º Contra rationem, quia ad illum processum infinitum requiretur ut homo fines numero infinitos cognoscat, aliter non posset semper unum finem ad alium ordinare; sed tenuissima hominis mens nequit fines numero infinitos cognoscere; ergo... Præterea tam reputat processus in infinitum in causis finalibus quam in efficientibus; sed in causis efficientibus talis processus implicat. Ergo processus hujusmodi in causis finalibus est etiam contra rationem. 2º Est contra experientiam quod constat quod semper quiescimus in aliquo.

Probatur secunda pars. 1º Finis ultimus est qui ad nullum alium ordinatur, sed ad quem omnia referuntur; atqui si plures essent fines ultimi, ad neutrum eorum omnia referentur; unus eorumdem manifesto non ordinaretur ad alium. Ergo...

2º Finis ultimus debet perfecte satiare appetitum, secus non esset ultimus, nempe terminus omnium motuum appetitus; porro si essent plures, neuter perfecte satiarer appetitum, qui possit semper alium appetere. Ergo...

97. — *Corollarium.* Ex thesi ejusque probationibus colligitur necesse omnino esse quod omnia quæ homo appetit, appetat implicite vel explicite propter ultimum finem (I). Voluntas enim non potest appetere nisi bonum: porro bonum est vel primum et perfectum, et tunc idem est ac finis ultimus; si est bonum imperfectum, inchoa-

(1) S. Th. 1º, 2º, 91 & vñ.

tum, illud per se ordinatur ad perfectum. Et cum, ex una parte voluntas appetat bonum prout proponitur ab intellectu, et ex altera intellectus illud bonum prout in se est proponere debeat, sequitur voluntatem omnia appetere propter ultimum finem, seu perfectum bonum. Itaque destinatio hominis in hac vita est ut ad consecutionem ultimi finis se rite dirigat.

98. — THESIS II. *Directio hominis ad ultimum finem, in ordine morali procurando et promovendo, sita est.*

Probatur. Directio et dispositio hominis ad ultimum finem tres characteres complecti debet : 1^o necesse est ut tribuat homini maximam perfectionem in hac vita possibilem, nam destinatio essentialis entis est evidenter ad ejus perfectionem; 2^o Collineare debet eum fine universali quem Deus in hujus rerum universitate condenda intendit; homo enim est pars, quae ad totum se referre debet; 3^o ejus executionem esse in eiusque hominis potestate oportet, nam agitur de ente libero, quod proinde debet ipsu sumu destinatione in actum reducere. Atqui, in ordine morali procurando et promovendo, verificantur illae tres conditiones : 1^o Ordo moralis est maxima boni perfectio, siquidem ad partem rationalem referatur; 2^o est ordo proprius creaturarum rationalium libertate predilectionum, seu perfectiorum, ac proinde praecipua pars finis quem Deus in creatione rerum intendit; 3^o bona ad mores honestos pertinentia ad rectum usum voluntatis se referunt, ac subinde sunt evidenter in potestate hominis. Ergo... (1).

99. — THESIS III. *Verus finis simpliciter ultimus est solus Deus.*

Probatur. Finis simpliciter ultimus est ille ad quem omnes actus nostri explicite vel implicite referri debent, et qui ipsem et aliquid quodcumque ordinari nequit; atqui in Deo solo istae conditiones verificantur; nam 1^o Deus solus inter omnia bona quae homo appetit, est

illud quod ad melius et universalius ordinari nequit; 2^o Deus solus, seu summum bonum, omnes nostros appetitus satiare potest. Ergo Deus solus est finis ultimus, ad quem omnes nostre actiones referri debent.

100. — *Scholium.* Etsi homines sponte naturae suum finem ultimum appetant, tamen quandoque avertuntur ab illo bono in quo inventur vera ratio ultimi finis, non autem ab ipsa ultimi finis intentione, quam alii in divitiis, alii in voluptatibus, etc., falso querunt. Quia de causa omnes homines sua opera ad ultimum finem adipiscendum ordinant : sed bonum quod vere rationem ultimi finis habeat, agnoscere aliquando nolunt.

101. — *De beatitudine.* Finis ultimus sumi potest *objective* vel *formaliter* (1, 149); et quando consideratur in ordine ad appetitum, quem explore et quietare debet, dicitur beatitudine aut felicitas, quae proinde est vel *objective* vel *formalis*. Beatitudo *objective* est summum illud bonum quod sui possessione reddit aliquem beatum; beatitudo vero *formalis* est ipsa consecutio beatitudinis *objective*. Ex dictis superius aperte sequitur Deum solum esse beatitudinem *objectiveam* (30). Deus est supremum omnium entium, a quo cetera omnia quidquid habent perfectionis exceperunt; ipse solus est summum bonum.

102. — THESIS I. *Beatiudo objectivea hominis in nullo bono creato consistere potest.*

Probatur. Beatitudo est summum bonum hominis, quo obiecto appetitus satiat et quiescit; agitur enim de perfecta beatitudine, quae proinde excludit omnem miseriam et defectum, ac totaliter quietat vim appetendi, ideoque non potest consistere nisi in summo bono, quod in se nullum habeat defectum boni; atqui 1^o nec divitiae, nec honores, nec voluntates sive corporeae sive incorporeae, ut volebant Epicurei, nec ullum bonum creatum etiam honestum, ut sapientia et virtus, iuxta placita Stoicorum, perfecte satiat appetitum nostrum, et excludit omnem defectum et miseriam; 2^o obiectum appetitus humani, qui est voluntas, est universale bonum, sicut obiectum intellectus est universale verum. Ergo nihil potest quietare appetitum humanum nisi universale bonum, quod

non inventur in aliquo bono creato: omnis enim creatura habet beatitudinem participatam. Itaque generatim concludere possumus beatitudinem objectivam hominis in nullo bono creato consistere posse.

103. — *Quid est beatitudo formalis?* Circa naturam beatitudinis formalis plures sunt sententiae discrepantes. Ille tamen opiniones quae beatitudinem formalem repudiat aut in visione Dei increata nobis unita aut in illa Dei operatione quae omnia deificantur, sunt evidenter false; nam beatitudo formalis est actus vitalis quo homo ipse beatitudinem objectivam possidet; porro in recensitis operationibus, hec beatitudo consisterebat in actu solius Dei.

Itaque, tametsi beatitudo *objective*, ut ait sanctus Thomas, sit aliud in creatum, *essentialiter* tamen est aliud creatum, adiecit scilicet vel fructu ultimi finis.

Sed, antequam deveniarum ad expositionem sententiarum vere probabilium, necesse est ut ambitum in quo spatiari possunt istae sententiae vere probabiles, definiamus. Quapropter :

104. — *THESIS II. Beatitudo formalis consistit in operatione animæ rationalis.*

Probatur prima pars, scilicet beatitudinem illam consistere in *operatione*. Formalis beatitudo consistit in eo quo *objectiva* conjungitur cum beato; nam per solam conjunctionem cum summo bono, beatus in se habet unde sit beatus. Atqui sola operatio, et quidem illius qui beatatur, id præstat, siquidem nemo potest conjungi cum bono extrinseco nisi per operationem, et operatio beatum non reddit nisi illum qui aliquomodo est particeps hujuscemodi operationis. Ergo beatitudo formalis consistit in operatione.

Probatur secunda pars, scilicet eamdem consistere in operatione *soli partis intellective*. Beatitudo formalis est solus nature intellectualis, nam 1^o est operatio perfectissima, et 2^o versatur circa objectum summe spirituale; atqui operationes animæ, prout est vegetans et sentiens, 1^o sunt longe imperficiiores, quippe cum brutis etiam competant, 2^o, sunt corporeæ, ac proinde homines cum objecto beatifice summe spirituali conjungere ne-

queunt. Ergo beatitudo formalis consistit in operatione animæ rationalis, seu intellectus et voluntatis.

105. — *Scholium.* Possunt tamen operations sensus pertinere ad beatitudinem antecedenter et consequenter, non autem essentialiter, ut constat ex thesi; antecedenter quidem secundum beatitudinem imperfectam, qualis in praesenti vita haberi potest, nam operationem intellectus precedit operatio sensus; consequenter autem in illa perfecta beatitudine quæ expectatur in celo, quia post resurrectionem, ex ipsa beatitudine animæ fiet quedam refutientia in corpus et in sensu corporeo.

106. — *Sed in quanam præcise operatione spirituali consistat beatitudo formalis?* Controvèrtitur; sunt enim tres actus de quibus dubitari potest: 1^o visio beatifica, 2^o amor beatificus, 3^o gaudium beatificum.

1^o Thomista, post sanctum Thomam, beatitudinem formalem repudiant in visione Dei intuitiva, nam felicitas formalis est consecutio non tantum affectiva, sed effectiva summi boni; sed hec consecutio fit per actum intellectus; illud enim bonum est intelligibile, seu bonum proprium nature intellectualis, cuius prouide potencia maxima propria est intellectus; ergo in operatione intellectus consistit beatitudo formalis.

2^o Scotista docent hanc beatitudinem constare in solo amore fructu. Etenim beatitudo objectiva, inquit, repunitur in bono præstantissimo; sed operatio quæ per se attingit ultimum finem sub ratione præstantissimi boni est amor. Ergo solo amore fructu continetur beatitudo formalis.

3^o Sanctus Bonaventura eamdem reponit in visione simul et amore, siquidem ex intellectus et voluntatis operatione completeretur natura rationalis, qua rationalis est.

4^o Denique, juxta Aureolum, formalis beatitudo consistet in illo sensu quo mens sibi conscientia est se ita bene esse ut nihil ultra appetere possit; hunc sensum vocant (II, 181) gaudium beatificum. — Sed ut certa ab incertis distinguamus, ponitur

Thesis III.

107. — THESIS III. *Formalis beatitudo quoad integrum et perfectum suum statum, includit tres actus: visionem Dei, amorem et gaudium.*

Probatur. Beatitudo est integra summi boni possesso; atque integra haec possesso tres predictos actus includit; etenim, 1^o sine visione non daretur perfecta consecutio; plenior enim posset expectari; præterea deficiente visione, deficerent pariter alii actus; itaque requiritur visio; 2^o amor etiam non potest abesse quia necessario oritur ex visione; 3^o nec gaudium, qui necessario oritur ex utroque, et est quasi complementum beatitudinis. Ergo...

108. — *Scholium I.* Si speciali modo ageretur de beatitudine *supernaturali*, primus ille actus de quo in thesi, esset visio beatifica; si de *naturali*, ille actus esset naturalis contemplatio Dei, quatenus rerum mundanarum Provisoris. Sed in beatitudine generatim inspecta, semper requiriatur Dei contemplatio connaturalis statui hominis beat.

109. — *Scholium II.* Dum querunt philosophi et theologi in quoniam praecise actu consistat beatitudo formalis, operationem illam determinare cupiunt quae per se id praecise dicere, in actu reponitur forma et essentia beatitudinis; itaque alii actu illum necessario comitarentur, cui ordinem dicenter, ad essentiam vero beatitudinis non pertinenter, sed eis perfectum et integrum statum.

Itaque Thomiste visionem beatificam, in qua praecise consideretur beatitudo formalis, definit: consecutio et possesso summi boni, que proinde poscit amorem et gaudium. Inde visio amorem et gaudium, tanquam de consequenti necessario, exigit. Scotistæ etiam amorem sumunt quatenus perfectissime nos Deo coniungeret, unde visio presupponitur et gaudium exigitur tanquam consequens necessarium. Igitur omnes theologi consentiunt quod declarata in thesi superiori.

110. — THESIS IV. *Sispeciali modo ageretur de supra beatitudine naturali, actus cognitivus quem includit, consistere nequit in clara Dei visione; sed in cognitione Dei perfectiori que per media naturæ proportionata obtineri possit, reponi debet.*

Probatur prima pars. Nostra naturalis de Deo co-

gnitio, est abstractiva, nempe obtinetur per opera Dei externa, quæ sunt pro nobis media cognitionis (II, 312); atqui nullum ejusmodi medium nos attollere valet ad claram Dei visionem, ut per se patet. Ergo cum naturalis beatitudo illa sit quæ consistit in operatione naturali, fit ut impossibile sit hominem naturaliter ad claram Dei visionem evehi.

Probatur secunda pars. Haec beatitudo debet consistere utique in actu naturali, sed perfectissimo; id enim postulat ratio supreme felicitatis; atqui præter cognitionem Dei perfectissimam, quæ per media naturæ proportionata obtineri potest, nullus alius actus naturalis cognoscendi excogitari potest. Ergo nonnisi in hac cognitione et aliis actibus ab illa enascentibus reponi posset suprema beatitudo naturalis.

111. — THESIS V. *Potest quis ratione naturali, seclusa fide, sin minus certo cognoscere, saltem probabilissime conjicere, quod, pro statu futuro, homo justus summam beatitudinem sit consecuturus.*

Nota I. Hic agitur de beatitudine prout fuit superius definita, nempe quo tres actus includit (105), quin tamen definitiū an consistat in mediatā vel immediata Dei visione ad possessionē.

Nota II. In thesi diximus: aut *probabilissime* conjicere, quia de hac re non omnes omnino convenient.

Probatur. Potest ratio naturalis Dei existentiam et immortalitatem anima certo demonstrare (II, 140 322, etc.); præterea experientia et sensus internus patefaciunt in anima immortaliter quendam naturalem et perennem appetitum perfectæ beatitudinis; est enim in homine appetitus innatus et inexplebilis cognoscendi verum, diligenter bonum et fruendi utroque. Sed ex his notionibus, prona est illatio ad futuram beatitudinem quam homo, post hanc vitam, consequi debet (II, 144); neconon conclusio diversa cum principiis certis non ambigue pugnat. Ergo ratio naturalis futuram beatitudinem hominis justi ostendere valet.

II. — De Lege.

112. — Quid et quotuplex sit lex? Legis vocabulum, juxta sanctum Thomam, venit a verbo ligare, quia lego astringimur ad taliter agendum. Lex potest considerari 1^o *in se*, et tunc est quedam regula, que nos dirigit et obligat in nostris actionibus : ostendit enim quid sit agendum vel fugiendum; 2^o in *legislatore*, et est actus ille complexus quo legislator judicat aliquid expedire bono communi, ac consequenter vult et imperat ut haec vel illa regula a subditis servetur; 3^o in *subdito*, et tunc nihil aliud est quam judicium practicum quo his sorditus judicat regulam a legislatore prescriptam et promulgatam sibi servandam esse. At sub hoc respectu non est regula externa, sed pertinet ad judicium, quod voluntatem dirigere debet.

Lex in primo sensu seu objective et in se inspecta a sancto Thoma definitur : *Ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam habet communitatis promulgata.*

Et quidem dicitur 1^o *ordinatio rationis*, quia proprium est legis regere actus, seu eos ad debitum finem dirigere; et haec directio activa a recta ratione proficiendi debet, et ideo dicitur ordinatio rationis : per hanc partem innuitur prima origo legis.

2^o Additur *ad bonum commune*, ut lex distinguatur a precepto quod personis singulis imponitur, non toti communitatii. Lex enim est regula communis; sed communis regula rationaliter fieri nequit pro bono privato : ordinet enim totum ad partem, seu bonum commune ad privatum, quod est contra omnem recititudinem.

Inde 3^o ab eo *qui curam communitatis habet*, quia nemo communiatii praepicer potest, nisi hujus communitatis gubernator.

4^o *Promulgata*, quod sumitur pro notificatione legis facta subditis; lex enim applicatur subditis quando cognitione eorum proponitur.

In eodem sensu, sed brevius definitur a Suarezio : *Commune praeceptum, justum ac stabile, sufficienter promulgatum.*

113. — Lex generatim sumpta dividitur in *divinam* et *humanam*, prout est a Deo per divinam potestatem leges prescribente, vel ab homine, potestate pure humana, leges ferente.

1^o *Lex divina duplex est*; aeterna scilicet et temporalis. Prior est ipsam Dei rectitudo ut prima veritas, quatenus per eam, omnis prorsus ut recta sint, regulari debent; est ergo ratio rerum gubernandarum, quae proprieate includit conceptum divinæ mentis quo rectus ordo perspicitur, et voluntatem obligandi creaturam ad hunc ordinem in suis operibus sequendum.

Posterior vero est quam Deus in tempore creaturis prescripsit. Lex aeterna non est per seipsum nota hominibus in hac vita, sed vel in aliis legibus, vel per illas manifestata. *Temporalis* etenim duplex est : *naturalis* nempe et *positiva*. Prior est ipsa lex aeterna prout est rationali creature dirigenda applicata et indita, ut lumen quoddam naturæ. Natura rationalis est *fundamentum honestatis naturalis*, quatenus est fundamentum convenientiae vel disconvenientie actionum humanarum ad ipsam. Et *vis* quam natura habet ad discernendum inter operationes convenientes vel disconvenientes illi naturæ (quamque vim rationem naturalem appellamus) est *ipsa lex naturalis*. Lex illa ergo est ipsa naturalis ratio hominis recte discernens actiones convenientes vel repugnantes naturæ humanae in ordine ad beatitudinem aeternam, seu ad finem ultimum. Lex naturalis propriissime consistit in actuali judicio mentis; sumi etiam potest pro ipso lumine naturali intellectus expedito de se dictandum de agendis. Itaque consistit in actu et aliquo modo in habitu.

Positiva ea est quæ signo aliquo promulgatur, voce nimirum aut scripto; idque fieri potest aut a Deo immediate, ut in decalogo et in legibus a Christo datis, vel mediate, nempe per homines divina virtute, inspiratione et directione præcipientes.

2^o *Lex humana* est vel *ecclesiastica*, vel *civilis*, prout homines dirigit in iis quæ spectant vel regimen spirituale et supernaturale, vel regimen temporale et humanum.

Lex humana etiam dividi solet ex diversitate modi quo

feretur, in scriptam et non scriptam, seu consuetudinem. Prior est qua a legislatore explicite fertur et scriptis commendatur; altera qua moribus populi introducitur, et a legislatore rata habetur; itaque in lege scripta voluntas legislatoris mores populi antecedit eosque inducit; in lege consuetudinaria, mores antecedunt, et voluntas principia moribus accedit.

Consuetudo, ut habeat vim legis, conditiones legis præ se ferre debet; quamobrem debet esse 1^o ordinatio rationis ad bonum commune, seu mores esse debent rationabilis; 2^o debet esse communis, quia lex distinguitor a precepto eo quod ligat totam communitatem; 3^o mores consuetudinem inducentes, debent esse constantes, quia lex natura sua est perpetua, 4^o conformes voluntati principis, quia lex ab eo qui curam communitatis habet, fertur. Non tamen requiritur expressa principis approbatio, ut de hac conformitate constet; voluntas enim principis est pro bono publico, et proinde quando constat bonum publicum revera et constanter hanc rationem agendi poscere, voluntas legislatoris faveat consuetudini. Hæc de causa, jus canonicum et civile romanum duas tantum conditiones expositu- lant ut consuetudo vim legis habeat, rationabilitatem scilicet et prescriptionem.

114. — *De existentia legis naturæ. Thesis I. Existit in homine lex naturalis.*

Probatur 1^o Ex testimonio conscientiae, quæ laudat, accusat aut remordet, prout homini voci internea paret, vel secus; porro vox illa interna non venit ex educatione, nam est constans, universalis et ineluctabilis.

2^o Deus velle debet ordinacionem creaturarum ad eam finem, per media hisce diversi creaturæ accommodata; id constat ex solo conceptu sapientia divinae. Atqui ordinatio entis ratione et libertate prædicti, quod proinde suarum actuum est dominus, debet determinari per legem: illud ens non tam ducitur quam se duci. Ergo cum perpetuo se regere debeat intuita finali ultimi, necesse est ut lex ipsa sit menti ejus naturaliter insculpta.

115. — *Scholium. Lex naturalis in Deo præexistere debet, qui est ratio ordinis rerum. In gubernatore enim reperiri rationem sufficientem corum quæ a gubernatis efficiuntur*

necesse est: haec lex, seu potius hic typus legis naturalis, vocatur; et « sicut ratio rerum fiendarum per artem, inquit sanctus Thomas, vocatur ars vel exemplar rerum articulatarum, ita etiam ratio gubernantis actus subditorum rationem legis obtinet. Deus autem per suam sapientiam conditor est universarum rerum..., unde ratio sapientie... obtinet rationem legis (1). » Itaque lex naturæ presso definiiri potest: ordinatio rationis, per sapientiam divinam facta, et per lumen rationis à Deo omnibus manifestata, praecipiens ea, que recte rationi sunt consentanea, contraria prohibens, permittentes indifferenta.

116. — *Thesis II. Lex naturalis fundamentum est legis positivæ, et ipsa fundamentum habet in supremo Dei domino in res omnes.*

Probatur prima pars. 1^o Ex superioris probatis, constat legem naturalem esse prorsus immutabilem, et constitutæ regulam primordialam honestatis; atqui leges positivæ sunt mutabiles, adventitiae. Ergo legem naturalem offendere nequeant leges positivæ, ac proinde huic legi sunt obnoxiae.

2^o Lex naturalis necessario connectitur cum essentia creature rationali, seu subiecto hujus legis; atqui omnes leges, quæ sunt ordinatio rationis ad finem, ad naturam hominis evidenter diriguntur: finis enim naturæ ipsi respondeat necesse est. Ergo omnes leges in lege naturali fundamentum habent.

Probatur secunda pars. Per fundamentum legis naturalis intelligitur titulus ex quo emergere concipitur jus in Deo illam prescribendi; sed titulus quo Deus talen directionem hominibus imponit, est titulus Domini seu autoris. Ergo...

117. — *Thesis III. Primum preceptum legis naturalis seu universalissimum, ab alio presupposito non derivatum, et fons ac radix aliorum est: Bonum est faciendum et malum vitandum.*

Probatur. Ratione D. Thomæ (2) : Sicut ens est pri-

(1) Summ. theol. 1^o, 2^o, Q. 93 a. l.

(2) Sum. theol. 1^o, 2^o, Q. 94 a. l.

mum in apprehensione (II, 267) simpliciter, ita bonum est primum quod cadit in apprehensione practice rationis: omne enim agens agit propter finem, qui habet rationem boni (II, 217), et ideo ratio boni universalissima est primum apprehensum a ratione practica. Itaque primum iudicium practicum seu primum preceptum legis naturalis est quod bonum est faciendum et malum vitandum, namque immediate resultat ex conceptu boni: bonum est *id quod omnia appetunt*.

Posset etiam probari ex eo quod hoc preceptum 1^o non derivat ab alio, 2^o quia alia continet, atque 3^o est incomplexum in se.

118. — *De duratione et sanctione legum.* Constantia est unum de praecipuis attributis legis; itaque lex inducit obligationem perpetuam. Sed leges positivas humanae revocari possunt, et quidem vel ex integro, et hec revocatio dicitur *abrogatio*, vel ex parte, et tunc est simplex *derogatio*. Id per se patet, nam lex pendet a voluntate legislatoris, quia non est alligata, nisi ad rationem boni communis. At dubium moveri potest de lege naturali et positiva divina. Itaque :

119. — THESIS I. *Lex naturalis stricte sumpta, nullatenus mutari potest.*

Nota. — Consideratur lex naturalis *intrinseca*; nam extrinsece potest mutari, per mutationem alterius, nempe ratione mutationis in materia: v. g. pater, per mortem filii, amittit jura et officia patris.

Probatur I. Generativum tum quia lex naturalis nihil aliud est quam naturale dictamen recta rationis, quod ubique et semper idem est, tum quia obligatio legis naturalis dimanat ex ipsa rerum natura, quae mutari non potest.

Probatur II. Speciali modo lex mutatur vel per abrogationem; atqui nullis ex his modis lex naturalis mutari potest. Etenim 1^o id quod lege naturali precipitur, est *per se bonum*, et id quod prohibet, est *per se malum*, seu pugnans cum ratione recta; sed nullus potest reddere malum quod est intrinsece bonum, et viceversa. Ergo nemo potest *abrogare* legem naturaliem.

2^o *Derogare* legi est illius obligationem tollere quoad aliquam sui partem; sed id omne quod prohibet lex naturalis, est per se in honestum, et quod præscribit, est per se honestum. Ergo nisi quis efflere possit ut aliquid simul sit et non sit, derogatio non est minus impossibilis quam abrogatio.

120. — THESIS II. *Lex naturalis non accipit dispensationem proprie dictam.*

Nota. Dispensatio habetur quando tollitur obligatio legis pro aliquo homine in particulari, reliquis manentibus obligatis. Itaque per ejusmodi dispensationem conceditur aliqui ut agat contra legem quando lex viget.

Probatur. Dispensare est aliquem hominem particularem reddere immunitum a communi obligatione legis. Atqui id esset intrinsecum malum, si ageretur de lege naturali; dispensatio enim haec aliquem immunitum redderet a lege essentialis honestatis, seu illi permitteret quod est intrinsecus in honestum. Ergo dispensatio in lege naturali haberit nequit.

Attamen praecpta juris naturalis qua in obligatione quam inducent, pendent a consensu voluntatis humanae, v. gr. votum, juramentum, possunt aliquando per homines dispensari, non *directe* seu auferendo obligationem legis naturalis, quia haec praecpta continent intrinsecam honestatem, sed *indirecte*, seu remittendo debitum ortum ex consensu humano, qui aliquo modo est obnoxius potestati humanae. Itaque haec dispensatio attingit, non ipsum legem, qua in se nunquam relaxari potest, sed materialium qua pendet a voluntate humana. Jus ergo naturae *formaliter* et proprie loquendo mutari nequit, sed *materialiter*, impropre et indirecte, mutari potest, nempe ablata vel mutata conditione, a qua forte ponderaret.

121. — THESIS III. *Lex divina positiva abrogari potest.*

Probatur. 1^o Ex facto: quadam enim partes legis Mosaicæ fuerunt abrogatae.

Probatur 2^o. Omnis legislator potestatem habens leges pro libito condendi, habet pariter potestatem legem suam abrogandi et destruendi; est eadem facultas quod uiram-

que partem. Porro Deus est legislator qui habet potestatem condendi leges positivas; easdemque, non ex necessitate naturae, sed pro libito condidit. Ergo potest easdem abrogare.

122. — *Scholium.* Quinque modis potest mutari lex divina positiva: 1º Ratione status, si pro illo statu lex esset constituta: v. gr., lex circumcisionis; 2º ratione materie, quia mutaretur v. gr., spoliatio Ägyptiorum ab Hæbreis; bona Ägyptiorum facta sunt propria Hæbreorum in mercedem quorundam laborum; 3º ex mera Dei voluntate, ut erit ex thesi; 4º ratione charitatis seu ad servandum præstantius præceptum; v. g., se morti trahere propter salutem proximi; 5º ratione præceptorum incompossibilium simul occurrentium; obedientia parentibus non debet exhiberi, si aliquid præcipiunt contra Dei mandata.

123. — *De sanctione.* Quamvis lex per se non dicat respectum ad premia vel penas quibus cultores vel violatores retribuuntur, tamen inspecta homini conditione, qui spe premii vel metu pœnae moverunt magis quam virtutis amore, fit ut sanctio legi apposita, sit velut necessaria conditio exceptionis cuiusque legis. Itaque ut lex sit efficax, ponis vel premia, aut terrore, sanciri debet. Per sanctionem legis intelligitur æqua et proportionata pena vel premium promissio illam violentibus vel observantibus, a legislatore facta et indicta.

124. — *THESIS.* *Lez naturalis sanciri debet præmis et panis que ad futuram vitam pertinent.*

Probatur prima pars. 1º Deus nequit sinere ut virtus a yitio, in entibus a se dependentibus, practice non discriminetur: Deus enim non esset sanctitas infinita, que permettere nequit absolute ut turpitudine cum honestate confundatur. Atqui, si Deus legi naturali sanctionem non daret, nullum ejusmodi remaneret discrimen: esset in ordine ideali seu conceptuum, non autem in ordine reali et practice, ut per se patet.

2º Sanctio etiam requiritur, ut superioris diximus, ut officiacter subditi ad legis observantiam impellantur.

Probatur secunda pars. 1º Sanctio motivum sufficiens

proponere debet ad legis observationem; atqui præmis aut pœna vita presentis non suppeditant motivum adsequatum observationis præceptorum naturalium; nam quandoque virtus inoculis servari non potest nisi per iacturam sonorum temporalium, etiamque vita presentis. Ergo...

2º (Conf. II, 140, 141).

125. — *Scholium.* Haec sanctio in consecutione vel amissione finis ultimi consistit, ad quem actiones sunt veluti gressus (95), ante vel retro. At cum actionem innumeris fero dentur gradus bonitatis vel malitiae, liquet maximam inventri varietatem in remuneratione, que pro justis in finis ultimi possessione, et pro turpiter operatis in supplicium inflictione consistit.

126. — *De interpretatione.* Leges positives quandoque sunt obscuræ, idoque interpretatione agent, que nihil aliud est, nisi legis obscuræ vel ambiguæ explanatio. Interpretatio 1º ratione *subjecti* a quo fit varie dividitur: si procedit ab ipso legislatore dicitur *authentica*; si ab ipsa communitate per uniformem rationem observandi legem, seu per consuetudinem, interpretatio dicitur *usualis*; si a tribunalibus constitutis per ipsum legislatorem ad leges applicandas, interpretatio est *judicialis*: applicatio enim supponit rectam interpretationem; denique si a peritis fit interpretatio, haec nomen habita *doctrinalis*; 2º ratione modi quo fit, dividitur in declarativam, extensivam et restrictivam. *Declarativa* habetur quando fit congrua obscurorum vel dubiorum verborum legis exposicio. Dicitur *extensiva* quando ob paritatem vel similitudinem rationis, fit productio legis ad casum vel personam qua sub legis littera non continetur. Est *restrictiva* quando ad asseverandam mentem legislatoris, verba legis coangustantur, seu quando sententia legis magis coarctatur quam verba.

Interpres privatus legum præ oculis continuo habere debet dotes legislatoris, qui semper velle debet bonum publicum, juris et aequitatis conservationem, omnium suorum mandatorum executionem, et cum potestate effaci loquitur, dum fert leges. Haque voluntas legislatoris semper supponi debet 1º *Utilis* et *justa*: inde interpre-

tatio debet esse extensiva vel restrictiva, quotiescumque id requiratur ut lex non sit inutilis, injusta aut impia;

2º Supponitur proelvis ad ea que habent favorem juris, contraria iis que juris odium habent, nam legislator velle debet conservationem legis : inde axioma interpretum : *Odia sunt restringenda; favores sunt amplianda.* Favorem juris habent : *lex praexistens, utilitas publica, clementia principis, libertas subditorum.* Quod ledederet unumquodque ex his quatuor, odium juris haberet.

3º Voluntas legislatoris talis praesumitur qualiter exhibent verba legis intellecta in suo contextu ; nam legislator vult non modo hujus legis, sed omnium legum, executionem ; et cum intelligentia rectissima ornari debeat, recte et perfecte vidit, ac proinde voluit, unam legem secundum quod cum alii coheret. Praeterea in interpretatione legis minus agitur de interna legislatoris voluntate, quam de externa, que signis seu verbis manifestatur.

§ II. — De principiis internis

seu de conscientia.

127. — Conscientia generativi inspecta (11, 204) non est potentia ad intellectu distincta, sed est actus quo intelligentia proprias operationes recognoscit. At conscientia dividi potest in *psychologicam* et *moralēm*. Quando considerat utrum actus reapse sit vel aliquando fuerit in nobis, dicitur *psychologica*, quo proinde unice adverbit actus anima. De illa locuti sumus in *psychologia*. Dum vero considerat utrum actus cum legibus morum consentiat neene, dicitur *moralis* : de bonitate et malitia actuum aliqui decernit. Hie non agitur nisi de conscientia morali.

Sed conscientia, prout respicit moralitatem actuum, sumi etiam potest in sensu latiori vel strictiori; 1º Latissime sumitur pro complexo omnium causarum concurrentium ad actum, qui specialiter conscientia dicitur, quales sunt synderesis, lex naturalis rationi indita, judicium approbans bonum, et malum reprobans; 2º strictius, tum pro naturali habitu principiorum operabilium, qui tamen proprio nomine dicitur *synderesis*; tum 3º et strictissime,

pro actu intellectus, qui bonum approbat et malum reprobatur. Sumitur itaque potissimum pro duplicitu actu intellectus, quorum alter precedit opus faciendum, et alter opus jam factum subsequitur. Prior actus est practicus, et consistit in iudicio de honestate operis faciendi; posterior est speculativus et consistit in iudicio quo intellectus judicat bene aut male factum esse quod factum est; et sic *testificatur, accusat, reprehendit, laudat, etc.*

128. — Quemadmodum in ordine speculativo sunt aliqua principia immediata, per ingenium rationis lumen naturaliter cognita (II, 273) : v. g. aliquid non potest simul esse et non esse, ita et in ordine practico sunt generalia principia naturaliter nota : v. gr., nemini faciendum est quod nobis fieri nolumus. Naturalis habitus generalium principiorum ordinis practici est id quod speculatio appellatur *synderesis*, id est *conservatio*.

Conscientia vera est actualis dictorum principiorum applicatio ad materias singulares. Ut id distinctius pateat, sit propositio sequens.

129. — THERSIS I. *Conscientia non est synderesis, neque lex naturalis.*

Probatur prima pars. Synderesis, utpote habitus primorum principiorum, dictat in genere bonum esse faciendum et malum fugiendum. Atqui experientia constat conscientiam non tantum in genere, sed etiam in particulari, dictare *hoc* bonum esse faciendum, et *hoc* malum vitandum. Ergo cum principia agendi distinguantur ex operationibus, conscientia seceruntur a synderesi.

Probatur secunda pars. Illa sunt diversa quorum unum est immutabile et alterum mutationi obnoxium; atqui lex naturalis apud omnes homines est eadem, semperque sibi constans et uniformis, dum conscientia diversa esse potest pro diversitate, nedium hominum, sed et temporum vel etiam habituum. Ergo conscientia a lege naturali, etiam subjective sumpta, distinguitur.

130. — *Scholium.* Scholastici sequentem practicum syllogismum proponunt, evidenter distinctionis inter synderesim et conscientiam gratia :

Synderesis : Omne bonum est amplectendum.

Ratio solidit: Sed justitia est bona.

Conscientia: Ergo haec justitia seu hoc justum est amplectendum.

Itaque intellectus, quatenus habitu naturaliter indito generaliora principia morum continet, dicitur syndesis; quatenus ingenito lumine naturaliter judicat quid sit bonum vel malum, dicitur lex naturalis; prout apprehendit bonum et deliberat circa illud, nomen genericum intelligentiae retinet; denique prout judicat in ordine ad operationem particularē, dicitur conscientia moralis.

131. — *Thesis II. Conscientia rim habet ligandi, seu est regula proxima actionum humanarum.*

Probatur. Conscientia est judicium practicum rationis quo hic et nunc cognoscimus actionem esse legi consentaneam, vel dissentaneam. Ergo est interna legis expressio, seu ipsa lex prout immediate regit actiones nostras. Itaque voluntas, que conscientiae dictamini reluctaretur, ipsa praecipta legis a se formulariter pelleret.

132. — *Corollarium*. Ergo quando conscientia, ex invincibili ignorantia, fallaciter judicat aliquid honestum esse, quod honestum non est, actus voluntatis qui conformis est tali iudicio, est etiam honestus; honestas enim consistit in conformatione cum regula morum; porro conscientia est regula proxima voluntatis, ideoque voluntas in hac hypothesi recte operatur.

133. — *Quotuplex sit conscientia?* Conscientia 1^o ratione objecti dividitur in *rectam et erroneam*; 2^o ratione subjecti in *certam et dubiam, in perplexam, scrupulosam et latam*; 3^o ratione objecti simul et subjecti in *probabilem et improbabilem*.

1^o Conscientia est recta quando judicat reapse secundum regulam objectivam morum, nempe quando eius iudicium conforme est regulae externae, id est, dum id quod judicat malum vel bonum est revera bonum vel malum. Si alter dictaret ac objectum est in se, diceretur *erronea*, et quidem *vincibiliter*, si possit, *inxincibiliter* si non possit errorem depellere. Conscientia erronea per se non est regula morum, quia non est conformis regulae objectiva et absolute; tamen *vincibiliter* erronea est regula, sed

per *accidens* (104); et omnes cause, superiorius enumeratae (I, 250 etc.), erroris et ignorantiae, sunt etiam principia conscientiae erroneae.

2^o Dicitur *certa*, quando iudicium suum fert sine ulla formalitate erroris; si ex diverso dictamine ita suspensa et fluctuans efficeretur, ut in neutram partem sese determinare posset, diceretur *dubia*; si aliquis inter duo extrema constitutus deberet unum aut alterum eligere, et tamen crederet peccare quaecumque eorum eligendo, laboraret conscientia *perplexa*; denique si conscientia ex motivo gravi, quamvis absolute fallibilis, judicat in re morali hoc aut illud esse faciendum aut omitendum, erit *opinativa* seu probabilis (I, 164).

3^o Conscientia *scrupulosa* est quæ animam torquet et turbat per quamdam dubitationem et trepidationem in agendo propter leves et incertas conjecturas. Si ex levibus rationibus et propter pravam inclinationem, judicaret illud esse licitum quod malum facilime appetat, aut putaret esse leviter in honestum quod haberet solet pro graveri turpi, esset *lata*.

134. — *Thesis III. Sola conscientia recta et certa est per se regula morum.*

Probatur. Prima pars, jam constat ex dictis (84, 130). Conscientia enim in tantum est regula morum, in quantum est expressio regulæ objectiva, seu legis in se spectata. Lex est ipsa regula proprie dicta, nempe primaria et absoluta; porro conscientia est vivens legis promulgatio in subiecto particulari, et ejusdem legis applicatio ad actiones particulares, ideoque rationem regule sortitur a lege qua informatur. Ergo, si non esset recta, rationem regule absolute loquendo amitteret.

Probatur secunda pars. Voluntas secundum ipsam legem operari debet, quæ est regula primaria honestatis; atqui sola conscientia certa voluntati proponit ipsam legem: sola enim sine formalitate erroris et deceptionis exhibet praecipita legis, seu viam honestatis indubie proponit voluntati. Si vero conscientia non esset certa, legem ipsam non nisi ut incertam ostenderet, ac proinde ipsissimam voluntati proponere non valeret, que tunc injuria

operaretur, veluti pro nihilo legem ducens vel saltem ut aliquo modo soluta respectu legis. Ergo haec sola per se tuto regit actiones nostras, seu est regula morum.

135. — *Corollarium.* 1º Conscientia invincibiliter erronea non est recta, tamen subjective certa; inde per se non est regula, sed per accidens. Voluntas enim quæ per se est cœca, et ductu intelligentie regitur, aliam regulam tunc habere nequit; ergo sufficit haec ad reddendum voluntatem rectam, quæ quantum in se est, operatur secundum legem. Vincibiliter erronea non est certa neque recta; ergo non est regula. Debet ergo deponi haec conscientia, seu mutari iudicium sive speculativum, sive practicum (II, 303).

2º Conscientia *practice*, nempe in ipso exercitio actionis, dubia, non est regula morum; quippe cum voluntati nullam directionem ostendat. Qui ergo operaretur cum conscientia practice dubia, se exponeret periculo peccandi, et reverè peccaret; voluntas enim nihil diceret regulam agendi. Conscientia *speculativa* dubia, nempe quæ extra exercitium dubitabat an hoc vel illuc sit licitum necne, non est etiam *per se* regula: at fieri potest ut aliquis speculativa dubitet, et tamen practice cum certitudine judicet se bene operari: v. g. miles qui speculativa dubitat an bellum justum sit, potest tamen practice judicare sibi licitum esse militare in hoc bello.

Conscientia tunc est *speculativa dubia* et *practice certa*: haec certitudine acquiritur ex quibusdam principiis practiceis, quæ manifestant honestatem actionis, que fuerat dubii speculativi occasio.

3º Idem sentiendum do conscientia probabili ac de conscientia speculativa dubia, quæ ceteroquin eodem recidit: conscientia enim vere probabilis fit certa de licetitate actus ex hoc generali principio: Ubi non est lex certa, nec obligatio: porro quandiu remanet probabilitas, existentia legis dubia perstat.

SECUNDA PARS

ETHICA SPECIALIS

SEU JUS NATURE

136. — Hactenus consideravimus principia quæ actionem humanam aut elicunt aut dirigunt ad honestatem generatim inspectam. Nunc altero et speciali modo consideraveremus eadem actio humana, nimurum quatenus elicetur ab homine in determinata conditione spectato, quæ ordinem ad alia entia dicit. Itaque haec pars ethicae dici potest *specialis*, tum 1º quia actionem humanam non amplius inspicit in genere, sed in quadam specie determinata: tum 2º quia honestatem, non in genere, sed determinatam speciem honestatis rimatur. Potest etiam appellari *jus naturæ*, quia actus considerat prout dicunt ordinem ad alterum aliquo modo distinctum, sive realiter sive juris fictione, ab operante, seu important quamdam adequationem cum termino assignato, quod pertinet ad rationem iustitiae (80). Inde nihil vetat quin Ethica specialis *Jus naturale* etiam nominetur. Nunc divisio hujus partis inquirendae est:

Dum consideramus actionem humanam in subiecto a quo elicitur, statim deprehendimus ordinem dependentie omnium actionum humanarum respectu Dei. Subiectum enim quod operatur est creatura, et nihil habet quod non sit creatum, ac preinde omnes ejus operationes ordini a divina sapientia dictato subiecte sunt: creature ordinem accipiunt a creatore, qui est ipse ordo increatus et *absolutus*. Porro haec dependentia essentialis et universalis manifeste importat obligationem faciendi quæ prescribuntur, et omitendi quæ vetantur a Deo, et sic efflorscet notio *officij*; officium enim nihil est aliud quam moralis obligatio, quæ ora prescriptis voluntatem ad aliquid faciendum vel omitendum adstringit.

Sed obligatio obsequendi ordinem impositum importat